

**www.e-rara.ch**

**Ad repetita F. Turriani monachi Iesuitae Sophismata de Ecclesia et  
Ordinationibus Ministrorum Ecclesiae Responso**

**Chandieu, Antoine de  
Morgiis, 1583-1584**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1332>

Centum flosculi Turrianicae disputationis ex utroque eius libro decerpti, & in Iesuitarum  
gratiam collecti

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

CENTVM FLOSCVLI  
TURRIANICAE DISPV-  
TATIONIS EX VTRO-  
que eius libro decerpti,  
& in Iesuitarum  
gratiam col-  
lecti.

**A**nta fuit F. Turriani loquacitas, vt etiã  
vtriusq; libri sui margines ineptis ac ri-  
diculis notis onerari: cuiusmodi sunt  
hæ: Quomodo Antonius nescit quid sit  
esse monachum. Item: Quomodo para-  
logizet Antonius. Item: Quomodo Antonius Scriptu-  
ram delirando deprauat: & sexcentæ eiusmodi nugæ,  
quas ille tãquam suæ disputationis Corollaria propo-  
suit. Nos igitur vicissim proferimus centum Flosculos  
ex vtroque eius libro collectos, & ex aliis innumerabi-  
libus decerptos, ipsius ἀπαδειξιαν redolentes: vt ita le-  
ctores habeant quandam ἀνακεφαλαίωσιν Turrianicæ  
disputationis, & magis magisq; videant: Quomodo  
F. Turrianus Iesuita locos Scripturæ corruperit, Pon-  
tificios errores nouis erroribus cumularit, Philoso-  
phiæ ac ἀρόπω παιδείας illuserit, argumenta proposue-  
rit Andabatarum more mutuis sese vulneribus confo-  
dientia: denique: quomodo suam tum in Theologia,  
tum in arte differendi inscitiam prodiderit.

## PRIMVS FLOSCVLVS.

Error in Theologia: opponit enim Ecclesiam visibilem Ecclesie electorum, & domum Dei atque fundamentum veritatis alibi quam in electis constituit.

*Hac verba Pauli 1. Timoth. 3. Ecclesia est domus Dei, columna & fundamentum veritatis: non sunt intelligenda de Ecclesia electorum, que invisibilis est: nam de Ecclesia visibili dicta sunt. lib. 1. pag. II.*

## II.

Andabatissimus Turrianicus. Nam fides cordis non est visibilis.

*Ecclesia visibilis dicitur fundamentum & columna veritatis propter fidem quam corde & ore visibili profitemur & predicat: que fides ita firmat Ecclesiam credentium ut porte inferi nunquam adversus eam prevaleant. lib. 1. p. 14. Primus autem gradus est vivere in Ecclesia visibili, quod est fieri in area triticum & non paleas. p. 13. 14.*

Andabatissimus Turrianicus. Nam esse triticum in area & non paleas, electorum est proprium. Matt. 3. v. 12.

## III.

Error crassissimus & manifesta corruptio loci Apostolici: dicit enim Paulus Ecclesiam columnam, non, Ecclesie columnam.

*Apostolus 1. Tim. 3. Meminit de Ecclesia columna & fundamento veritatis ut Timotheum admoneret de edificatione Ecclesie super Petrum facta, ut si quando opus esset & de aliquo dogmate certum*

*certum habere vellet, adiret petram illam exemplo ipsius Pauli. lib. I. p. 15.*

Error in Theolog. refutatus Gal. I. v. 16. 17, & 2. Cor. II. v. 5.

### IIII.

*Gal. 2. Iacobus & Cephas & Ioannes qui videbantur esse columna, & c. sic Ecclesia qua dicitur columna veritatis est Ecclesia visibilis. lib. I. p. 16.*

Error in Grammaticas nam  $\delta\omicron\kappa\epsilon\upsilon\tau\epsilon\varsigma$  non refertur ad sensum corporis.

### V.

*Gal. 2. Iacobus & Cephas & Ioannes, & c. Paulus non obscure significauit dignitatem gradus Petri, cum eum locauit medium & Cephas vocauit: in quo tantum fuit auctoritas approbandi Pauli praedicationem, qui hoc fecit adhibitis duobus ex primarijs Apostolis in consiliu. Sic Rom. Pontifex de maioribus causis decernit in collegio Cardinalium, & c. lib. I. pag. 16.*

Ridiculum consequens ex situ Geometrico petitiuum.

Error in Theolog. cuius contradictionem habes Gal. I. v. 16. 17.

Similitudo in rebus non tantum dissimilimis, sed etiam plane contrariis, 3

### VI.

*Cant. 5. Crura eius columna marmoræ qua fundate sunt super bases aureas. Ergo hac verba*

Corruptus locus. Nam loquitur de Christo sponso: atque id totum intelligendum est mysticè & spi-

ritualiter ac proinde nihil  
innuat Ecclesiam re vera  
visibilem de qua Turria-  
nus agit.

Pauli 1. Tim. 3. Columna & fun-  
damentū veritatis de Ecclesia vi-  
sibili sunt intelligenda. lib. 1. p. 19.

## VII.

Error in Theolog. re-  
futatus Ephes. 5. v. 29.

Fatemur Ecclesiam iustorum  
verè & propriè esse Christi sponsi  
Ecclesiam & corpus: & hanc ab  
eo diligi: iniustos verò non sic esse  
Ecclesiam Christi, sed membra  
eius mortua & ei odiosa. lib. 1.  
pag. 30.

## VIII.

Error in arte differendi.  
refutatus ab Arist. in Cat.  
τὸ πρὸς τ. & lib. 5. pri-  
mæ Philof.

Mensura non est prior mensu-  
rato: quia tradit Arist. Relata esse  
naturà simul: licet, inquit non o-  
mnibus videtur esse verum simul  
esse naturà ut in scibili & sciëntia.  
lib. 1. pag. 40. & 41.

## IX.

Deprauatus Pauli lo-  
cus: Non enim proponit  
formam quæ in Ecclesia  
permanere debeat: ut per-  
ipicuum est ex Apostolis,  
Prophetis & Euangelistis.

Dispositio & forma Ecclesie  
noui Testamenti est eius Eccle-  
sie substantia de qua Paulus E-  
phes. 4. Quosdam quidem dedit  
Apostolos, quosdam autè Prophe-  
tas, & c. p. 44. li. Sic Arist. dicit  
dispo-

Error in arte differ. Nā

*dispositionem ligni in ianua esse formam luminis. p. 43. & 44.*

formam exteriorum cum interiori confundit, & accidentis formam cum rei substantia.

## X.

*Indicare, arguere, increpare solis Episcopis conueniunt. Itaque Lutherū & Ministros Protestantium iudicamus secundum Scripturam. I. Cor. 14. Conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus, &c. Quod autē eos maledictis insectamur hoc autem secundū Scripturam facimus. lib. 1. p. 50. & 51.*

Hoc pertinet ad Episcopale supercilium, non ad disputantis argumentum.

Locus Script. detortus adeoq; ipsum Turrianum refellens: ab omnibus, inquit, non autem à solis Episcopis.

Exempla Script. perperam accommodata.

## XI.

*Varie etates Ecclesia sunt totidem forme que ad illam unam Ecclesia ab Adamo ceptam accesserunt: quare necesse est totidem species constituant. lib. 1. p. 52.*

Flagitium, nedum error in Philosophia. Nā vnus eiusdemque rei plures q; varias formas essentielles cōstituit: adeoq; ex variis eiusdē rei etatibus varias species comminiscitur.

## XII.

*Non tantum particulares Ecclesie sunt visibiles sed etiā Ecclesia Catholica est visibilis: quia aggregatio omnium singularium est quoddā totū sensibile, constans ex singularibus omnib. exēpij causa:*

Error in Philosophia: Nec enim τὸ κατ' ὄλου visibile est, cum nō sit extra mentem. Vide Arist. lib. 1. de anima. & prim. Philosoph. 1. 3. & 8.

Error in Philosophia.  
Nam confundit Speciem  
cum Toto integrali.

omnium hominum uniuersus nu-  
merus totum quoddam est, quod vo-  
cari solet integrale. constans ex o-  
mnibus singularibus hominibus,  
& est homo καὶ ὅλων. lib. I. p. 60,  
& 61.

Peccatum in Philoso-  
phia flagris etiā dignum.  
Nā ὅλον dicitur de quan-  
titate propriè: & αὐν de  
Genere & Specie.

XIII.  
Τὸ αὐν magis conuenit in quā-  
titate discreta quā τὸ ὅλον. lib. I.  
pag. 61.

Locus perperam accom-  
modatus. Nec enim orbis  
descriptio, fuit ipse orbis  
uisibilis.

XIIII.  
Luc. 2. Exijt edictum à Cesare  
Augusto vt describeretur uniuersus  
orbis. At uniuersus orbis erat  
uisibilis, nec tamē in vno loco: ita  
Ecclesia Catholica dicitur visibi-  
lis. lib. I. pag. 64, & 65.

Error in arte differ. Nā  
quærit simile in rebus pla-  
nè repugnantibus.

Error etiam in Gram-  
matica quandoquidē par-  
ticulam aduersatiuam v-  
surpat pro causali.

XV.  
Quemadmodum electi etsi non  
sunt congregari vno in loco, tamen  
eorū Ecclesia dicitur congregatio  
inuisibilis: sic Ecclesia vna Catho-  
lica etsi Ecclesia ex quibus cōstat  
non sunt vno in loco cogregate, di-  
citur tamē & est vna ex omnibus  
congregatio visibilis. I. p. 67.

Omnes

## XVI.

*Omnes Ecclesie sunt visibiles. Omnes Ecclesie sunt una Ecclesia Catholica. Una igitur Ecclesia Catholica est visibilis. lib. 1. pagina 67.*

Error crassus in arte differēdi. Nam iste syllogismus peccat in materia & in forma: quia petit principium & concludit vniuersaliter in tertia figura.

## XVII.

*Posse esse, sublato ignorantia impedimento, puram doctrinam & administrationem Sacramentorum ex verbo Dei, est quidem substantiale Ecclesie, tanquam proprium eius. Proprium enim non est in substantia alicuius, sed consequitur substantiam. Quare ubique est Evangelij doctrina pura, ibi & Ecclesiam esse necesse est: non contra. l. 1. p. 71.*

Error in Theolog. Nam posse puram doctrinam esse, nō est proprium Ecclesie actu existentis: sed, esse puram doctrinam, & administrationem Sacramentorum ex verbo Dei.

Andabatimus Turrianicus. Idem enim affirmat esse substantiale & negat esse in substantia.

Error in arte differēdi. Nā propria ἀντιστρέφου reciprocatur cū eo cuius est proprium. Est etiā traditio Turriánica. Nā si ut proprium cōsequitur substantiam: Ergo positam substantiam, cōsequitur id quod eius propriū est.

## XVIII.

*Dominus nomine translato Simonem vocavit Petram propter firmitatem fidei quam cōfessus est. l. 1. p. 74. Firmitas fidei Petri instar petre solidissima, fuit Charisma Petro donatum. pag. 94. lib. 1.*

Andabatimus Turrianicus: Nam firmitas fidei quam Petrus cōfessus est, firmitas doctrinæ: at Charisma est donū personæ: nempe fides, virtus.

## XIX.

Error in arte differendi. Nam hic Syllogis peccat in materia & forma, quia argumentatur à Genere ad Speciem affirmatè: & concludit in 2. figura ex omnibus affirmatis.

*Qui dicit fundamentum dicit & firmamentum. At Paulus dixit Ecclesiam esse firmamentum & columnam veritatis nec Christo derogavit. Ergo nec Christo derogat qui dicit Petrum esse fundamentum. lib. I p. 77.*

## XX.

Error in arte differendi, *ἡ δὲ τὴν ἐπινοήσαν* vocabulis, os.

*Act. 15. In nobis, inquit Petrus, Deus elegit per os meum audire Gentes verbum Evangelij. Quòd si Petrus erat os omnium Apostolorum, erat igitur eorum caput. Quis enim unquam vidit os sine capite? aut caput sine ore? lib. I. pag. 80.*

## XXI.

Additamentum ἐπέρο-  
δοξεν.

Andabatisinus Turrianicus. Nam fides quæ re-re lata est, pertinet ad doctrinam non ad donum personale: atque ita Sophista ponit quod vult tollere.

*Luc. 22. Rogavi pro te, & c. reputemus Christum sic precatum esse tunc: En Pater coelestis promitto me adificaturum Ecclesiam tuam & meam super fidem Petri quam ei revelasti, tãquam super petram: at firma fides iustar petra virtute propria Petri esse nõ potest, idcirco rogo Pater ut firmes eam virtute*  
*tua*

*tua & mea quā erit toti ouili præficiendus, id est, quum dicitur ei, Pasce oues meas. lib. 1. pag. 91.*

## XXII.

*Si Ecclesia est fundata super confessionē Petri, ergo super ipsum Petrum: nam confessio fidei à Petro edita & Petrus edens illam confessionem, re & subiecto unum sunt, ratione tantum differunt. l. 1. p. 91. & 92.*

## XXIII.

*Cum ipsa confessio qua est energia non sit ante operationem confidentis, neque post maneat: Ergo habet esse tantum, in fieri. (ut dicunt.) Itaque Petri confessio nihil aliud est quàm Petrus confessionem edens. l. p. 91. & 92.*

## XXIIII.

*Petrum posuit Christus ut esset regula fidei orthodoxa, de qua dixit Apostol. ad Philipp. 3. & in eadem permansimus regula. Si Scripturā solam fidei regulam in*

*Error in arte differēdi, ad Petri confessionem. Confessio Petri significat tum doctrinā quam confessus est Petrus, tum actum ipsum confessionis & actionem confidentis.*

*Alius error: quia confundit Actionē cum Substantia.*

*Andabatimus Turrianicus: Tollit enim quod toties affirmavit de Petro manente in Pontif. Rom. Habet, inquit, esse tantum in fieri.*

*Idem error qui supra: Vt si quis dicat. Hanc ædificationem Architecti ædificantis, & Architectum ipsū, idem esse.*

*Andabatimus Turrianicus. Nam hæc regula non potest cōstitui in fide Petri, ut fides est virtus: sed in doctrina.*

*Locus corruptus Phil. 3. Loquitur enim Paulus de vnitae doctrinæ.*

Blasphemia non ferenda aduersus Scripturam Sacram. Vid. 2. Tim. 3. ver. 15. 16. 17.

*Ecclesia Christi reliquisset, quid aliud quam gladium Delphicum haberemus? quē (inquit Arist. in Politicis) fabri erarij faciunt ob inopiam. lib. 1. p. 98 99.*

## XXV.

Crassus error in arte differendi. Nam ministras & ministeriū constituunt, non duos terminos sed unum in Relatione. Vid. Philosophum. lib. 5. primę Philosoph.

*Ministerium & ministrans relata sunt. Quare Petrus cum ministerio suo, siue Petrus ministrans est fundamentum Ecclesie. lib. 1. p. 110. & 111.*

## XXVI.

Error in arte differēdi. Nam albedo dicitur esse, non, cum pariete, sed, in pariete. Vide philof. & τοῦ ἀπὸ τοῦ κατιζορ. Alius error sup. notatus.

*Albedo cum pariete idem est atque paries albus: Sic fides Petri idem est quod Petrus habens fidem. ibid.*

## XXVII.

Contrarietas valde familiaris Turriano: cui Super & Sub, idem sunt.

*Petrus est caput, SVPER quod, tanquam super petram, surgit adificium & fabrica Ecclesie, qua SVB eo est. l. 1. p. 117.*

## XXVIII.

Locus Scripturę impudentissimè corruptus. Interdicit enim Christus A-

*Reges Gentium dominantur his: vos autem non sic, sed qui maior est in*

*est in vobis, fiat sicut minor. Ergo aliquis erat futurus maior inter Apostolos, nempe Petrus. lib. I. pag. 122.*

postolis ne quis eorū primatum affectet. vide Mat: 20. v. 26. Mar. 10. v. 43.

## XXIX.

*Si optimum regni genus est in quo regnum, ut ait Arist. administrationis domestica ordinem emulatur: Consequens necessarū est, ut Ecclesia id genus regni sit, cui vnus presit, nempe Petrus primus paterfamilias in domo Dei. l. i. pag. 133.*

Error in Theolog. Nam solus Christus dicitur in Scriptura Rex Ecclesiæ & paterfamilias.

Alius error, dū ciuilem politiam constituit cui τὸ μέγρον rerum Spiritualium & Diuinarum.

## XXX.

*Fundamentum Ecclesiæ ministeriale fundamentum ministrans est quod est Petrus. l. i. p. 125. Minister adificationis & fundamentum ministeriale adificationis idem sunt, sicut tunica & vestimentum quæ idem sunt subiecto & ratione ut tradit Aristoteles. l. i. pag. 129.*

Andabatismus Turrianicus. Nā si est fundamentum, ergo ministratur, si proprie loquimur.

Error in arte diss. Nec enim hæc vocabula: AEdificans, & fundamentum rem vnā significant.

Contradictio: Nam supra dixit petram confitentē & ipsam confessionem ratione tantum differre: Nunc dicit, ministrum adificationis, & fundamentum ministeriale, ratione non differre. vid. sup. Floscul. 22.

## XXXI.

*Cum Petrus morte permanere*

Sequeretur Pontifices

K. j;

esse petras & lapides, non id metaphoricè, sed re vera: atque id, non aulim dicere errorem esse.

Error in Philosop. Nam hæc eadem petra, non potest esse species, cum sit *τὸ δεῦτε*.

Error in arte differendi. Principij petatio: idq; per Soriten.

*non posset, consequens erat ut alij succederent qui essent specie hæc eadem petra. l. 1. pag. 135.*

## XXXII.

*Si dictum est Petro tibi dabo claves regni celorum quia uniuersa Ecclesia personam gerebat, totam autem Ecclesiam significabat propter primatum Apostolatus (ut pater August. affirmat) igitur propter primatū Apostolatus dictum est ei, tibi dabo claves. l. 1. pag. 153.*

## XXXIII.

Error in Grammatica. Is enim se nūc dare significat, qui dicit, Accipe.

*Christus 20. cap. Ioan. non dixit de presentis temporis, sed, Accipite Spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, &c. lib. 1. pag. 153.*

## XXXIIII.

Error in arte differendi, *καὶ οἱ τῶν ἀποστόλων τῶν ἐκλεκτῶν*. Loquimur enim de Catholica electorum Ecclesia: non de hoc, vel illo electorum catu.

*Illi super quos descendit Spiritus sanctus Act. 2. erant Ecclesia electorum & illa Ecclesia erat visibilis. Ergo Ecclesia electorum est visibilis. l. 1. pag. 156.*

Ne-

## XXXV.

*Negas Titi ministerium fuisse ministerium Apostolatus: mentitus est igitur Apostolus, cum Epaphroditum Philippensium Apostolum vocavit: fuit enim eorum Episcopus: mihi tamen probatilius videtur non fuisse Episcopum Philippensium. l. i. pag. 167.*

Idem error qui sup. mittat enim terminos.

Contradictio quam in deliciis habet Turrianus; affirmans simul & negans eam vnam & eandem.

## XXXVI.

*Nō repugnat vni Ecclesiæ Romæ & omnibus simul Ecclesiis perfectum esse. l. i. pag. 175.*

Andabatismus Turrianicus. Nam, si vni tantum Rom. Ecclesiæ: ergo non omnibus. Si vni Eccl. Rom. cum reliquis: cur igitur potius Eccl. Rom. Episcopus dicitur, quam alicuius alius Ecclesiæ?

## XXXVII.

*Nicolaus Papa rectè interpretatus est in Can. 17. Synodi Calcedonensis primatem diæceseos de Rom. Pontifice: & ponitur diæceseos pro diæceseon in plurali. ibid.*

Error in Grammatica: Nam singulare exponit pluraliter, sed illa incongruitas (vt dici solet) cum Rom. Pontificis dignitate congruebat.

## XXXVIII.

*Gen. 2. Fons ascendebat de terra, hoc est, multi fontes terram universam irrigantes. ibid.*

Locus Scripturæ perperam explicus.

## XXXIX.

*Quod Apostoli fuerunt electi*

Locus Script. corruptus  
K. ij.

Vide Rom. 8. ver. 14. 15. &c.  
8: 26.

ἀμέσως referendum est ad primitias Spiritus de quibus ad Rom. 8. Nos primitias habentes Spiritus, &c. l. 1. pag. 176.

## XL.

Error tum in Theologia, tum in arte differendi, quæ vetat μετὰβαίνειν εἰς ἄλλο γένος.

Papa docet omnes gentes, quia prouidet ut omnes Ecclesie habeant Episcopos Catholicos: & regula iuris ciuilis & Canonici est: Qui facit per alium per se ipse facere videtur. l. 1. pag. 180. & 181.

## XLI.

Error in Grammatica perperam enim interpretatur vocabulam διδάκτικός.

Cum Apostolus iubet ut Episcopus sit διδάκτικός 1. Tim. 3. non iubet ut omnino predicet. Nam hoc vocabulum significat teneri studio & cupiditate docendi. l. 1. pag. 182.

## XLII.

Andabatismus Turrianicus: ait enim simul & negat, Pauli à Petro confirmatum. De primitiis superius etiam vocabuli vim & significationem non tenet.

Petrus nec vocauit, nec confirmauit Apostolos in munere Apostolatus: sed hoc pertinet ad illas primitias Spiritus de quibus antea pag. 184. Paulus contulit tum Petro, ut ab eo firmaretur qui erat à petra vocatus Cephas, in quo

quo tantum fuit auctoritas appro-  
bandi Pauli prædicationē. l. i. p. 16.

## XLIII.

Quia hæc tabule iuris divini  
tibi obscure videntur, alias tabu-  
las exhibui: nempe traditiones A-  
postolicas, id est, νόμιμα ἀρχαῖα.  
lib. i. pag. 187.

Andabatissimus Turria-  
nic. Tabula, non tabulæ:  
id est, νόμιμα ἀρχαῖα.

## XLIIII.

Nos Petrum Romæ docuisse ex  
tabulis divinis demonstramus. De-  
sidero venire ad vos ad cōfirmān-  
dos vos: ad Rom. i. Nam Petrus  
primus doctrinam Evangelij illis  
tradiderat ex Theod. & Clemen-  
te. lib. i. pag. 190.

Error in arte differēdi.  
τὸ μέγν ἑτεροζήτες. Pau-  
lus desideravit venire Ro-  
mam: Ergo Petrus Romæ  
docuit.

Alius error: Nam scri-  
pta Theodor. & Clemen-  
tis nō sunt tabulæ diving.

## XLV.

Actor. 18. Paulus invenit In-  
dæum quendam nomine Aquilam,  
qui nuper venerat ab Italia: is  
autem erat Christianus. Quis  
autem præter Petrum tunc Ro-  
mæ docuit? cum de nullo alio fa-  
ma sit? si dicas hæc non esse certis-  
sima Scripturæ testimonia ob-

Error in arte differēdi,  
τὸ μέγν ἀτελέ. Nam a-  
liud est: Romanos fuisse  
institutos à Petro.

Alius error. nam fama,  
nō pertinet ad tabulas di-  
vinas.

K. iij.

Alius error: *μετάβασις ἐπὶ ἄλλο γένος.* *icio tibi regulam iuris: non expressa non nocere: Item alteram: Eum qui tacet non fateri, sed tamen verum est, eum non negare. l. 1 pag. 194. & 196.*

## XLVI.

Error *ἡ δὲ τὸ ἐπόμενον.* singulariter promisit, inquit. Ergo communiter præstitit: nempe Petro & successoribus eius. Imò, si singulariter Petro promisit & præstitit: ergo nihil promisit & nihil præstitit Rom. Pontificibus.

*Christus promisit singulariter & primum Petro edificaturum se Ecclesiam super eum, & hoc quod ei promisit præstitit: Ergo fuit singulariter primus Episcopus: hoc est, habuit primatum inter omnes Apostolos, & omnes eius successorum Rom. Pontifices in eodem primatu sunt. l. 1 pag. 198.*

## XLVII.

Error in Grammatica. Alius error: quia videtur restringere Ecclesiam Catholicam ad Imperiū Romanum.

*Petrus fuit Episcopus Rom. id est, omnium Christianorum imperij Romani. l. 1 pag. 199.*

Error *ἡ δὲ τὸ ἐπόμενον.* Alius error in Philosophia dū vult rē vnā eandemq; semper incipere.

Alius error in Theologia quia non constituit Christum originem vnitatis Ecclesie. Vide Ioan. 17. ver. 21. Rom. 12. v. 5. &c.

XLVIII.  
*Si Dominus disposuit ut à Petro origo vnitatis inciperet: sequitur ut Petro mortuo à successore eius nūc incipiat origo vnitatis Ecclesie. l. 1 pag. 214.*

## XLIX.

*Interdicitur ne Rom. Pontifex  
vniuersalis appelletur: nempe  
quasi sit solus. lib. I. pag. 227, &  
sequent.*

Error in Philosophia.  
Vniuersale enim non est  
singulare.

## L.

*In Can. 6. Niceno, ἐπεὶ δὲ ἡ, si-  
gnificat causam exemplarem, que  
ad efficientiam cause efficientis  
pertinet. Itaque Arist. causam  
formalem vocat εἶδος & παρά-  
δειγμα, ut domus in animo artifi-  
cis, est forma eius & causa efficiēs  
domus materiatae lib. I. pag. 238, &  
sequent.*

Error in Philosophia.  
Nam causa exemplaris &  
τὸ παράδειγμα non est  
in mēte artificis. Est enim  
aliquid externum vnde  
mens abstrahit τὸ εἶδος.

## LI.

*Si Episcopus Alexandrinus  
primatum habet, quia hoc est con-  
suetum Episcopo Rom. Ergo esse  
primum magis conuenit Episco-  
po Romano. Nam propter quod  
vnumquodque tale & illud ma-  
gis. At non potest esse magis pri-  
mus, nisi sit primus omnium. lib. I.  
pag. 240.*

Error ἡ δὲ τὸ ἐπὶ ἡ-  
ρον.

Alius error in Gramma-  
tica dum querit aliquem  
qui sit magis primus. Nā  
qui minor est, primo, is  
est, vel secundus vel ter-  
tius, & ita deinceps.

## LII.

Error qui vocatur ἀρ-  
ρωσία διαβολας: Quærit  
enim similem dissimili.  
huius autē ἐλεγχος, ἰασις.

Sanxit synodus Nicena ut E-  
piscopus Alexandrinus similiter  
Antiochenus haberet potestatem  
in provincias sibi iam olim subie-  
ctas ad exemplum Rom. Pōtificis,  
qui habet in omnes. lib. 1. pag. 241,  
& 242.

## LIII.

Error in Grammatica.  
Nam affingit inauditam  
significationem vocabulo  
ἐπισκοπῆων.

In Can. sexto Nicenæ Synodi  
ἐπισκοπῆα significant diœceses ut  
διδασκαλῆων significat scholâ v-  
bi docetur. l. 1. pag. 241, & 242.

## LIIII.

Error in Philosophia.  
Nā licet sint semper quæ-  
dam media vsquedum ad  
finem peruentum sit: ta-  
men non necesse est illa  
ipsa media manere. Nati-  
uitas, mors & passio Chri-  
sti spectarunt ad consum-  
mationem sanctorū: non  
tamē Christus semper na-  
scitur aut patitur, &c.

Si finis est, sunt igitur ea quæ  
ad finē referuntur. At finis in Ec-  
clesia est consummatio sanctorum:  
sunt igitur in Ecclesia nunc quos  
Deus propter hunc finem posuit in  
Ecclesia. Ad Eph. 4. Dedit quos-  
dam Apostolos, quosdam Prophe-  
tas, alios verò Euangelistas, alios  
Pastores & Doctores, &c. Et quia  
morte prohibebantur permanere,  
successores eorum remanserint ne-  
cesse est. lib. 1. p. 272.

Non

## L V.

Non est proprium Apostolatus diffundi per vniuersum orbem. Nam quod est proprium alicuius, naturam eius consequitur, & aliter se habere non potest, saluâ naturâ eius, cuius est proprium. At Paulus conuersatus est Antiochie annum totum, & Roma mansit toto biennio. l. i. p. 273.

## L V I.

Hoc præceptum pasce oves meas ad omnes pastores pertinet. Nam Basilus dixit omnes habere æqualem potestatem ligandi & soluendi: sed contendimus Christum hac lege Petro dicta, Pasce oves meas, constituisse eum principem aliorum pastorum omnium, & in eo tanquam in capite & principe dixisse ceteris pastoribus & unicuique eorum, Pasce oves meas. l. i. p. 284, & 285.

## L V I I.

Quemadmodum quod Deus dixit per Adam: Hoc nunc os ex

Paralogismus ἡ ἀγνοία τῆ ἐλέγχου. Apostolatus dicitur fuisse diffusus per totâ orbem, nō quod fuerit Apostolis perpetuò currendum, (vt stultè opinatur Sophista) sed quod nullis vel regionis, vel Ecclesiæ finibus terminaretur. Paulus igitur Antiochiæ, Romæ & alibi cursum Apostolatus peragebat, de quo 2. Tim. 4. v. 7.

Andabatismus Turrianicus. Nam si primatus Petri est in potestate ligandi & soluendi (vt vult Sophista ex loco Matt. 16.) quomodo omnes habent hac in re æqualē potestatem? quod si habent: ruit igitur Petri principatus.

Error ἡ τὸ ἐπιμέριον. Dixit aliis in Petro: Ergo Petrus est aliorum princeps.

Andabatismus Turrianicus. Nam ex hoc simili

sequitur omnes Pastores æquo iure censendos esse, quemadmodum illa prima lex conjugij ad omnes coniuges ex æquo pertinet: nec vllus est qui hac in re primatum habeat tanquam Adam successor κατ' ἐξοχίην.

osibus meis &c. Hoc ipsum dixit in Adam & per Adam omnibus legitimis coniugibus: sic quia Petro primo data est hæc lex, Pascite oues meas, factum est ut in eo data sit omnibus pastoribus. lib. I. pag. 286.

## LVIII.

Error in Theologia. Ponit enim originem unitatis in Petro, non in Christo.

Si Augustinus in lib. de Past. dixit Christum in Petro unitatem commendasse: sic ratiocinor: igitur Christus sic voluit alios Apostolos pascere, ut à Petro non dissentirent, & ab eo tanquam ab origine unitatis penderent. lib. I. pag. 287.

## LIX.

Sophista à plerisque aliis Pontificiis hac in re dissentit. Porro concludit perperam. Nam ipse potius præfert partem, nempe Papam, Toti, videlicet, Concilio quo illi dicunt Catholicam Ecclesiã repræsentari.

Qui tradunt Concilium esse supra Papam, illi natura repugnant: quum hoc nihil aliud sit, quàm partem toti præferre. lib. I. pag. 294.

## LX.

Error in Theologia:

Virtus qua Petrus meruit ut Apo-

ut Apostolorum princeps fieret, fuit excellentissima cōfessio quam confessus est omnium nomine: altera virtus fuit Charitas, qua meruit ut Christus ei diceret, pascue oves meas. Igitur ob excellentiam fidei & charitatis fecit Christus Petrum principem Apostolorum & Ecclesia. pag. 295, & 296. Cum Dominus non dixerit: Rogavi pro te ne deficeret amovtuus, sed, ne deficeret fides tua, sequitur non necesse esse, ut amor Petri ad successorē transeat, sicut necesse est ut transeat fides. lib. I. pag. 306, & 307.

## LXI.

Petrus iussus est illas oves pascere quibus maior erat: Erat autem maior omnibus: & quibus erat maior, illis praesse iussus est, id est, omnibus. Pascere enim praesse est. Iussit igitur pascere omnes, quia omnibus praerat, & omnibus maior erat. lib. I. pag. 298.

tum de Petri meritis, tum de commentitio eius principatu.

Error in arte differēdis Nam concludit non ex eo quod scriptum est, sed ex eo quod scriptum nō est.

Error in Philosoph. de transitu doni personalis & singularis ad successores. Nam fides Petri credentis non potest esse vllius alterius fides.

Error in arte differēdi. Petitio principij, bis aut ter inculcata.

## LXII.

Error *ἡρώ πῶ ὁμο-  
νομίαν* vocabuli, os.

Alius error Andabatif-  
mus Turrianicus. Nam ex  
eo quòd Euangelium fuit  
audiendum ex ore Petri,  
còcludit Petrum debuisse  
se docere per se & per al-  
lios.

Alius error in Theol.  
nempe Blasphemia, qua  
quod Christi proprium  
est Petro tribuitur. Vid. 1.  
Pet. 5. v. 4.

Error. Petitio principij  
eum duabus propositioni-  
bus falsis.

Alius error, *μετάβασις*  
*εἰς ἄλλο γένος*: dum lo-  
quitur de censu.

Andabatismus Turria-  
nicus. Nam vel ex hac ra-  
tione sequitur, re-  
liquos Apostolos fuisse  
præstantiores ac maiores

*Act. 15. Deus elegit in nobis  
audire Gentes per os meum ver-  
bum Euangely, &c. Ergo Petrus  
fuit os & caput omnium: & quum  
predicare sit pascere, sequitur  
Christum præcepisse Petro ut pa-  
sceret oves per se & per reliquos  
Apostolos ut esset ἀρχιποιμῶν. l. i.  
pag. 298.*

## LXIII.

*Pasce oves meas non esset di-  
ctum reliquis pastoribus in Petro  
nisi omnes pastores in Petro censi  
essent. Censeri autem non pote-  
rant nisi eorum caput fuisset. Er-  
go Petri fuit, omnibus pastoribus  
præesse, ac proinde omnibus ou-  
ibus. Pascere autem præesse est.  
Iussus est igitur omnes oves pasce-  
re. lib. 1. pag. 299.*

## LXIII.

*Pasce oves meas dictum fuit  
Petro immediate: successori Pe-  
tri dictum est per vicariam or-  
dinationem: ceteris Apostolis  
dictum*

dictum est in Petro, sine alio ministerio intermedio, quatenus in illo erant ut in capite, licet non tanquam successores Petri nec in illo gradu primo in quo erat Petrus. l. i. p. 302.

successoribus Petri: quia sine ministerio intermedio, inquit, Apostolis dictum est: Pasce oues meas.

## LXV.

I. Timoth. I. Charitas de corde puro & conscientia bona & fide non ficta. Ergo est fides ficta per regulam contrariorum: hoc fides sine charitate. lib. I. p. 306.

Error  $\alpha\lambda\theta\eta\ \tau\omega\ \acute{\omicron}\mu\omega\tau\ \nu\omicron\mu\iota\alpha\upsilon$  vocabuli, fides. Nā fides ficta, & mortua, non est fides nisi  $\acute{\omicron}\mu\omega\upsilon\mu\omega\varsigma$ . Vera autem fides non est sine charitate actu, licet ratione distinguantur.

## LXVI.

Spes sine fide esse non potest, quia in ratione fidei continetur. Hebr. II. fides est substantia rerum sperandarum. lib. I. pagina 307.

Error in Philosoph. Sic enim dicendū esset, fidem sine spe esse non posse. Sic homo nō est sine Animali: sed Animal potest esse sine homine, licet in eius definitionem veniat.

## LXVII.

Chrysostomus vocat Petrum o-nem primogenitam gregis Christi. quis autem ignorat ad primogenitum pertinere primatū nisi quid obster? l. i. pag. 310.

Error.  $\mu\epsilon\tau\acute{\alpha}\beta\alpha\sigma\iota\varsigma\ \epsilon\iota\varsigma\ \acute{\alpha}\lambda\lambda\omicron\ \gamma\acute{\epsilon}\nu\omicron\varsigma$ .

## LXVIII.

Andabatismus Turri-  
anicus. Quid enim aliud  
volunt qui dicunt, Pontif.  
esse Episcopum vniuer-  
salem?

*Pontifex non est vniuersalis  
Episcopus, sed omnibus praest, &  
est maximus solus & primus pra-  
est. lib. 1. pag. 312.*

## LXIX.

Error in Theolog. re-  
futatus Gal. 1. & Actis A-  
postol.

Locus Scripturae turpif-  
simè in alienum sentum  
detortus. Vide 2. Corinth.  
10. v. 14. 15. 16.

*Apostoli non sine Petri iudicio  
& voluntate profecti sunt ad præ-  
dicandum Euangelium: sic enim  
2. Cor. 10. non in immensum gloria-  
bimur, sed secundum mensuram  
regulae qua mensus est nobis Deus,  
& c. l. 1. p. 314.*

## LXX.

ΕΡΡΟΡ. μεταβασις εις  
ἄλλο γένος. Item: And-  
abatismus Turrianicus. Nā  
ex similitudine vxorum,  
sequitur Petrum nihil ha-  
buisse iuris in Ecclesias  
ab aliis Apostolis congre-  
gatas.

*Omnes Apostoli non potue-  
runt praesse omnibus ouibus in so-  
lidum, quia iurisconsultri statuunt  
duos eiusdem rei in solidum do-  
minos esse non posse: erant enim  
Ecclesia subiecta Apostolis, sicut  
mulieres subiectae sunt viris suis. l.  
1. pag. 320.*

## LXXI.

Andabatismus Turria-

*Sicut alia est forma Ba & alia  
BA*

*B. A. sic alia est forma vnius Ecclesie Catholice & alia singularum ex quibus tanquam ex materia vna Ecclesia Catholica componitur. l. 1. pag. 322, & 323.*

## LXXII.

*Si Pontifices Rom. essent mali pastores, tamen pastores essent: nec enim essent mali pastores nisi pastores essent, non magis quam Coriscus esset musicus nisi esset Coriscus. lib. 1. pag. 326. & sequenti.*

Error *αὐτῶν τῶν ἰσχυρῶν*. vocabuli Pastores.

Alius error in exemplo Coriscus. hic enim est substantia & accidens: illic sunt duo accidentia, Pastores, & mali.

## LXXIII.

*Act. 11. linteum inquit Petrus vsque ad me venit. venire vsque ad Petrum nihil aliud accipi potest quam esse omnes subditos Petro scilicet in successoribus eius Rom. Pontificibus & per Spiritum obedientie vsque ad Petrum venire. l. 2. pag. 7.*

Error in Theolog. commentitia fallaque interpretatio allegorica.

## LXXIII.

*A. Edificatio Ecclesie nisi non potest fundamento virtutis propria quod est Christus si non ni-*

Blasphemia aduersus Christum. Vid. 1. Cor. 3. v. 11. & Esa. 42. v. 8. & 48. v. 11.

*titur in fundamento cum quo Christus virtutem suam communicauit: quod est Petrus. l. 2. pag. 9.*

## LXXV.

Iudaismus Turrianicus. Nam illa sunt spiritualiter intelligenda. Aduerfus execrandam R. Pontificis superbiam & osculationem pedū eius: Vid. Act. 10. v. 25. 26. & 1. Pet. 5. v. 3, & 2. Theſſ. 2. v. 4. & c.

*Esa. 61. Fortitudinem Gentium comeditis & in diuitijs eorum eritis admirabiles. in faciem terra adorabunt, & puluerē pedum tuorum lingent, & c. Vbi hoc fit nisi in Rom. Pontifice & in osculatione pedum eius? lib. 2. pag. 14.*

## LXXVI.

Error in arte differēdi. Quum totum corpus refertur ad caput (vt in hoc loco) significat reliqua omnia membra excepto capite.

Error etiam in Theol. Nam si totum corpus est sine Christo, ergo Christus non est Ecclesie caput. Α' Θεολογικ.

Alius error: nā vni corpori tribuit duo capita. Vid. Col. 2. v. 19.

Error in Philosoph. Vide de Eodem. lib. 5, & 7. primæ Philof.

*Ephes. 4. Ex quo totum corpus connexum, & c. Atqui corpus non est totum corpus nisi caput habeat, & necesse est aliud esse connexum & aliud ex quo connexum fit. Ergo corpus Ecclesie cū capite nempe Pont. Romano ex Christo capite compactum & connexum est. l. 2. pag. 13.*

## LXXVII.

*Idem re sunt, Baptismus cum Ecclesia, & Ecclesia cum Baptismo. l. 2. pag. 22.*

## LXXVIII.

*Vt in Archa filij Noë erant maiores, scilicet, alius alio: sic in Ecclesia Archiepiscopi cum Episcopis comparantur, tanquam fratres maiores cum minoribus: idē enim ordo est, licet non idē gradus dignitatis. Patriarchæ verò in Noë continēbantur, & in primis Patriarcha Patriarcharum. Petrus & Rom. Pontifices. lib. 2. pag. 26.*

Andabatissimus Turrianicus. Nam sequeretur, omnes Patriarchas esse æquales quippe in vno Noëcho contentos.

## LXXIX.

*Ecclesia non potest esse sine capite sui simili, id est, humana infirmitate circumdato, vt sciat comparati: hoc autem caput est Pontifex Rom. lib. 2. pag. 35.*

Blasphemia Turriani: attribuit enim Pontifici quod Christi proprium est. Vide Hebr. 2. v. 17, & 4. v. 19:

## LXXX.

*Si singule Ecclesie habent singula capita, hoc est, vnaqueque suum: Ergo Ecclesia Catholica constans ex omnibus Ecclesiis tanquam partibus suis, habet quoque suum caput, Petrum videlicet & successores eius Romanos Pontifices. Nam quod datur in Eccle-*

Et rōr in Theolog. Nam in Script. solus Christus dicitur Ecclesie caput.

Error in arte differēdi, ἅμα τὸ ἐπὶ μέρος. Si singuli homines habent vnu caput: ergo omnes homines habent vnum caput. ἀσυλλόγιστον.

L. j.

*siis singulis, id quoque dandum est  
in Ecclesia Catholica. lib. 2. pag.  
48. & 50.*

## LXXXI.

Error in Theologia.  
Nam mysterium dicitur  
eorum respectu quæ non  
patent sensibus Petra Ho-  
reb, quatenus videbatur,  
non erat mystica: sed qua-  
tenus Christum significa-  
bat.

*Qui dicit mystica, non propie-  
rea dicit spiritualia. Nam petra  
Horeb non erat inuisibilis, de qua  
Paulus: Petra autem erat Chri-  
stus. I. Cor. 10. lib. 2. pag. 62. & 93.*

## LXXXII.

*Ἔρεος ὀρθόδοξια* & er-  
ror in Theolog. hoc enim  
*λήμμα* falsum est.

Error in Grammatica,  
Nam *εἰκὼν* significat ex-  
pressam formam, non au-  
tem imaginem tectam a  
aliena specie.

*Quarum rerum fuerunt figure  
& umbre in veteri Testamento  
earum sunt imagines in Ecclesia,  
quas nomine εἰκὼν, intellexit Pau-  
lus. Heb. 10. lib. 2. pag. 67, & seq.  
Christus non est sine imagine ex-  
pressus in Eucharistia, sed vela-  
tus & tectus aliena specie. lib. 2.  
pag. 68.*

## LXXXIII.

Corruptus locus. Nam  
duo sunt tantum membra  
inter se opposita, nempe,  
umbra. & corpus: itē, ex-  
remonia Legis, & Chri-  
stus.

*Colos. 2. Que sunt umbra futu-  
rorum: corpus autem Christi. In-  
rer umbras & Christum, medium  
est corpus: hoc est, eminent adum-  
bratio sine imago ipsius rei, que est  
Chri-*

*Christus apertus. l. 2. pag. 69.*

## LXXXIIII.

*In mysterijs Christus est ἀλ-  
θῶς, id est, verè sed opertè: in calo  
autem Christus est ἀληθινῶς, id est,  
perfectè, apertè & in specie pro-  
pria. l. 2. pag. 75.*

Error in Grammatica:  
nam hæc distinctio com-  
mentitia est, inepta & im-  
propria.

## LXXXV.

*Res una & eadem, quatenus  
vno & alio modo videtur, à se i-  
psa sic, aut secus visa, ratione dif-  
fert. l. 2. pag. 78. & Imago rei siue  
res in imagine, differt à se ipsa,  
quatenus nuda & aperta. l. 2. p. 73.*

Error in Philosophia.  
Nihil enim à se differt,  
modò sit vnū numero. Vi-  
do Philosophum lib. 5. pri-  
mæ Philof.

## LXXXVI.

*Nouum Testamentum terris  
cōcluditur in ministerio verbi Sa-  
cramentorū & Ecclesiastica Hie-  
rarchia: & regnum Christi in Ec-  
clesia, spirituale est, & visibile. lib.  
2. pag. 70. & 80.*

Error, vel potiùs crimè  
capitale in Theologia. Se-  
queretur enim Christum  
non pertinere ad nouum  
Testamentum: quod ab-  
sit. Vid. Hebr. 2. v. 15, & 12.  
v. 24, & c.

## LXXXVII.

*Natura ipsa docet nos, quòd si-*

Horrenda blasphemia,  
L. ij.

Gyaris vel Hispanico carere digna. Nam absit vt Christum verum Deum ac verum hominem cum homine mortali comparemus.

*quis in loco aliquo regnare vult, ubi non est per se visibiliter versaturus, necesse est, vt aliquem constituat, in quo, & per quem visibiliter regnet, & non tantum inuisibiliter: sic Christus in Rom. Pontifice, & per Rom. Pontificem visibiliter regnat. l. 2. pag. 98.*

## LXXXVIII.

Impudentissimè corruptus locus: & alios docere, inquit, hoc est, vt tu docēs, sic illi possint docere.

Alius error. Querit enim simile in rebus dissimillimis. Nam Timothei diligentia nihil habet commune cum Episcoporum desidia.

*Episcopi per se predicant si possunt: & si qui non possunt, alios possunt mittere: sicut scripsit Paulus. 2. Timoth. 2. quæ audisti à me per multos testes hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. l. 2. pag. 107.*

## LXXXIX.

Error in arte differēdi. Concludit enim affirmatè in 2. fig.

Error in Theolog. Nam falsum est nouū Testam. esse illis traditum qui à Christo deficiunt. Vt constat ex hoc ipso loco Esa. 59. Hoc est, inquit, Testamentum: Spiritus meus & verba mea non recedent ab ore tuo, &c.

*Esa. 59. Hoc Testamentum meum cum eis dicit Dominus, &c. Hoc nouum Testamentum iis promissum est, quibus traditum est. Atqui omnibus traditum est, valentibus credere & pœnitentiā agere: licet multi eorum non permaneant vsque ad finem. Ergo illis omnibus promissum est. lib. 2. pag. 109.*

## XC.

*Si hypocrite sunt indicandi secundum Euāgelium ( ut ait Paulus Rom. 2. ) Ergo Euāgelium pertinet etiam ad hypocritas. l. 2. p. III.*

Error *ἁπλὸν τὸ ἐπὶ ἁποκρίσεως.*

Error in Grammatica. Nescit enim quid significet verbum pertinere.

## XCI.

*Apostoli quos Episcopus ordinabant, prius eos Presbyteros ordinauerant. l. 2. p. 121.*

*Ψευδογράφημα in Theolog. Nusquam enī stultum hoc Lemma reperitur in Scriptura.*

## XCII.

*In Episcopis Catholicis sunt Ecclesia Catholica ὡς ἐν βασιλεῖ τὰ ἑλλήνων, quod est unum genus τῆ ἐκκλῆς ἐν ἄλλῃ. l. 2. pag. 160.*

Error. *μετάβασις εἰς ἄλλο γένος.*

Alius error minimè ferendus. Nam summum ius quod Christi propriū est, Episcopis tribuit. Item sic iugulat suum Pontificem.

## XCIII.

*Ecclesia non alligatur tantum verbo Dei, sed certis predicatoribus & ministris verbi, Episcopis scilicet. l. 2. pag. 161.*

Flagitium in Theolog. Nec enim Ecclesia hominibus alligatur. Vid. Cor. 3. v. 21. 22, &c.

## XCIII.

*Qui dicunt eos qui pecunia vel favore ad Episcopatum perueniunt non esse ordinatos, errant: sunt e-*

Contradictio Turriana. Sunt, & non sunt. Aliud est, fuisse ordinatos. L. iij.

natum, aliud, esse ordinatum.

*nim ordinati, sed eorum ordinatio irrita est. lib. 2. pag. 171.*

## XCV.

Monachismus Iesuiticus. Istud enim hominum genus bellis, cladibus, cruore, laniena & confimilibus delectatur.

Andabatismus Turrianicus. Nam si Paulum audiret Rom. 12. paci studeret.

*Non possumus optare pacem, quam facere cum hereticis Apostolica constitutio & Scriptura sancta vetant. Esa. 57. non est salutare impijs. Item ad Rom. 12. si fieri potest cum omnibus hominibus pacem habentes. l. 2. pag. 185.*

## XCVI.

Error in dictione, quandoque. Nam in Scriptura Pastores Ecclesie ordinarij vocantur modò Episcopi, modò Presbyteri, sine vllò vnquam discrimine.

*In Scriptura quandoque Episcopi vocantur Presbyteri, & contra: sed communitas nominum non tollit differentiam rerum. Nam quia plures sunt res quàm vocabula, idcirco propria rerum vocabula sunt interdum communia. l. 2. pag. 195, & 196.*

## XCVII.

Andabatismus Turrianicus. Cõuincitur enim à teste suo Ignatio.

*Presbyterium significat etiam cõfessum Episcoporum: teste Ignatio in Epist. ad Trallianos. Quid est Presbyterium, inquit, nisi cõtus sacer, cõsiliarij & cõfessores Episcoporum. l. 2. p. 205, & 206.*

*Paul.*

## XCVIII.

Paulus 2. Cor. 12. scripsit de bono ordine in Ecclesia posito: At in Epist. ad Eph. 4. cap. scripsit de varietate donorum Dei. Itaque illic non nominavit Evangelistas: hoc autē donum fuit Evangelium legendi, scribendi & annuntiandi. l. 2. pag. 211. Ad Eph. 4. Dedit quosdam Apostolos, &c. sunt nunc in Ecclesia quos Deus propter hūc finem posuit. Quum autem Apostoli morte prohiberentur permanere, necesse est successores eorum remanserint, nempe Apostolorum Archiepiscopi, Prophetarum Episcopi, Evangelistarū Diaconi, parochorum parochi, Doctorum Presbyteri. l. 1. p. 272. In epist. ad Eph. 4. observandum est Paulum non dixisse alios pastores, alios Doctores, sed cōiunctē alios pastores & Doctores, hoc est, Presbyteros habentes curam animarum. l. 2. p. 199.

Error manifestus ut patet ex utriusque loci comparatione.

Andabatismus Turrianicus in loco ad Eph. 4.

At suprà distinxit Pastores à Doctoribus, & Parochos à Presbyteris. Cōtradictio Turriánica.

## XCIX.

Act. 13. Paulus fuit ordinatus ex Presbytero Episcopus idque maiori ordinatione quàm antea, & Niger, Lucius & Manahem

Crimen in Theologia. Nam planè evertit dignitatem Apostolatus.

Error in Grammatica.  
*Ἐπιθεσία* significat impositionem manuum: nō  
*Ἐπιτορία*: qua ipsa electio & consensus significatur.

Andabatissinus Turrianicus. Nam si Episcopus est praestantior, qui fieri potuit ut plures Episcopi reperiri potuerint quam Presbyteri.

Ergo, ordinare tūc non erat proprium Episcopi: sed, ut vult Turrian. Christus conficere. Atqui nullū extat verbū in nouo Testamento de Episcopis vngendis: nec de illo Christum conficiendo: ex quo efficitur, superius illud ius Episcopi non esse diuini iuris, sed humani.

erant superiores Paulo, nō quidem dignitate Apostolatus, sed gradus ordinis Ecclesiastici. l.2. p.220. & 221. *Ἐπιτορία* significat impositionem manuum. l.1. pag.224.

C.

Ita fiebat à principio, ut propter paucitatem fidelium vnus idēque esset Presbyter simul & Episcopus, ut ordinaret, & alia propria Episcopi faceret, cum non essent qui ordinarentur Presbyteri. At postquam coepit esse multitudo, non erat amplius vnusquisque idem Presbyter & Episcopus. l.1. p.230. Olim, teste Ambrosio in Aegypto absente Episcopo Presbyteri consignabāt: sed Presbyteri non poterant nec possunt *Christum* conficere, illis tamen licere potest absente Episcopo consignare Presbyterum *Christum* ab Episcopo confecto. l.2. pag.236.

L A V S D E O.

